

Comment. In Daniele

florum esse Spiritum Sanctum, cum ait de Christo loquens: Quem vixit Deus Spiritu Sancto. Quod additur: prae confor-
 tibus tuis: explicatur a diuo Ioanne capite
 Ioan. 3. 3. euangelii, ubi Christus describitur acce-
 pisse spiritum non ad mensuram, quem
 credimus fuisse ad mensuram datum vir-
 tis sanctis, qui hic confortes eius dicun-
 tur. Nec possumus dicere non intelligi
 hunc locum de Christo, siquidem de illo
 Hebr. 1. diuus Paulus capite 1. epistolae ad He-
 breos illud interpretatur. Hoc spirituale
 & diuinum Christi regnum eluxit mirabi-
 liter die paschalis, quo ipse ad vitam re-
 diit, sanctosque patres qui in Limbo deti-
 nebantur, ad vitam claritate micantes re-
 uocauit. Id intus animo David, illum al-
 loquens concinebat: Tecum principium
 in die virtutis tuae in splendoribus sancto-
 rum. Pro principio habent Septuaginta, ar-
 chi, quod & principium significat, & prin-
 cipatum, siue regnum. Unde potest ita ve-
 ri locus ille: Tecum principatus in die re-
 surrectionis tuae inter splendores sancto-
 rum: eorum scilicet qui cum Christo ad vitam
 reuertebantur. De die illo recinit idem
 Psal. 92. vates: Dominus regnavit, de corem indu-
 tus est. Hic est dies, de quo dixit Christus
 capite octauo euangelii Ioannis: Abrahā
 pater vester exultauit, vt videret diem
 meum: vidit, & gauisus est. Praeterea in-
 terrogatus Christus a Pilato an rex esset,
 interrogauit eum vicissim, vtrum illud a
 se ipso diceret, an alii dixissent de illo. Ac si
 quaereret, de quo regno id intelligeret, de
 seculari & terreno, an de spiritali & coe-
 lesti. Et vigente illum Pilato respondit, se
 esse regem, sed regnum suum non esse de
 hoc modo, hoc est non esse illius generis,
 cuius sunt regna temporalia & caduca.
 Quid apertius dici poterat? Quid clarius?
 Ob eam causam titulus regni eius non ad
 ipsius pedes, sed ad caput fuit positus,
 quia regnum eius non temporale est, nec
 abiectum, nec terrenum, sed spirituale, al-
 tum, & coeleste. Nonne apicis hoc eius
 responsioni conuenire? Nonne intueris,
 Christum asseruisse se esse regem, sed non
 temporalem? Nec obstat Iudaeorum obie-
 ctio dicentium diuinos vates firmis consi-
 gnasse monumentis Christum regnatu-
 rum Hierosolymae, & in monte sancto
 Sion. Nam non de vrbe illa vaticinatio-
 nes intelliguntur, quae diuinorum vatum
 interiectrix, quam scimus esse euer-
 sam, & in cineres redactam: sed de eccle-
 sia sancta catholica. Haec est ciuitas Dei vi-
 uis ex lapidibus constructa, qui sunt veri
 Israelitae secundum spiritum, vt ait capite
 nono epistolae ad Romanos apostolus. In-
 stant nihilominus tamen multi asserentes
 fuisse Iudaeorum regnum ablatum, & per
 Christum restitutum. Ad cuius probatio-
 nem locum citant patriarchae Iacob capite 39.
 Rom. 9. Genes. 49. Non auferetur sce-
 ptrum de Iuda, & dux de femore eius,
 donec veniat, qui mittendus est: & ipse
 erit expectatio Gentium. Nam pro, qui
 mittendus est, habet paraphasis Chaldaica:
 Messias. Cum autem Messias idem sit
 quod Christus, & Christus idem quod vnctus,
 & per vnctum rex intelligatur, existi-
 mant concludere, dixisse Iacob, tunc ef-
 se regnum Iudaeis restituendum & con-
 firmandum, cum venturus esset eorum rex,
 nimirum Messias expectatus. At vbi facit
 mentionem locus ille de rege temporali?
 Nusquam quidem. Intelligi locum illum
 de Christo fateor: nam praeter paraphasis
 Chaldaicae auctoritatem eum de Christo
 interpretatur Chrysostramus, Theodorus,
 Chryso. Theod. Diodorus, Eucherius, Albinus, & alii
 magni nominis auctores. Sed nullus ex
 his talem ex eo inferit consequentiam. Imo
 ego ex eodem loco contrarium probari
 contendo. Nam si Christus futurus fuis-
 set rex temporalis, dixisset vtique sanctus
 ille vates & patriarcha, restituendum &
 confirmandum esse sceptrum in Iuda,
 quando Messias veniret. At ille tantum
 ab est, vt dicat esse confirmandum, vt po-
 tius asserat esse tunc auferendum. Intuper
 si in Iudaea regnatus erat temporaliter,
 quorsum diceret Iacob: Et ipse erit ex-
 ctatio Gentium? Dicturus enim erat: Et
 ipse erit expectatio Iudaeorum, cum au-
 tem dixerit, fore eum Gentium expecta-
 tionem, aperire voluit significare eum fu-
 turum esse regem spirituales in ecclesia
 non solum ex Iudaeis, sed etiam ex Gen-
 tibus.